

na militari & nobilitatus est. Fuit enim talis dux, vt non solum aetatis suae cum primis compararetur, sed ne de maioribus natu quidem quisquam anteponeretur.

Mul-

sus. Quidquid est, Iustinus cap. 21. vocatur vna cum Tilib. VI. cap. 5. dicit, Iphicratis adolescentis supra aetatem fuisse admirabilem virtutem, nec vñquam ante eum Athenienses, inter tot tantosque duces, aut spei maioris, aut indolis maturioris imperatorem habuisse, inque eo non tantum imperatorias, verum et oratorias fuisse artes. De arte eius oratoria Dionysius Halicarn. in iudicio de Lygia XII. p. 136. Τὰ πολέμια δεινὸς ἀνὴρ, καὶ ἐν λόγοις ψκ εὐκαταφρόνητος, ἥτε λέξις ἐν αἱμφοῖν πολὺ τὸ φρετικὸν, καὶ σρωτιωτικὸν ἔχει, καὶ ψκ δύτως ἐμφάνει ρητορικὴν ἀγχίστοιαν, ὡς σρωτιωτικὴν αὐθαίδειαν, καὶ αἰλαζονείαν. et ideo declamans domi, multis praesentibus, derisus est; praeterquam quod exercitus ducem eloquentia quidem ornat, non vero Sophistarum more declamandi peritia. V. Plut. T. II. de polit. praec. pag. 812. 813. Adde de eo et Aristophonte in X. orat. p. 801. Ad haec cum hominibus nouis hoc commune habuit, quod rebus praeclare gestis sese efferret. Primus enim fuit, qui spoliis imperatoris nomen inscripsit, cum antea solius urbis nomen adponeretur. Vide Suidam. Hic a Diodoro Siculo L. XVI. Harl.

Cornelii Nepotis cap. 21. vocatur vna cum Timotheo ὁ τῶν πολιτῶν ἐμφανέστατος id est, rerum gestarum gloria illustrissimus. Sed cur hic filet Heusingerus? quia Graecis in historiis plane rudis est. Nam sane hic Bosio et mihi aqua haeret. sed de parenthesi, commate substituto, aliisque quisquiliis nullo hiatu dignis chartam commaculare, non est tantae molis. Ego quoque τὸ genere [quod erat in MSto Ernst.] non reiicio, neque absurdum mihi videtur legere, [vt Schoppius verisim. IV. 18. coniecit, nec multum aliter dederunt Longol. ac Lambin.] non tam genere, quam magnitudine rerum gestarum et disciplina milit. nob. In Pausania pro ὁ Τιμοθέος legi posset ὁ σκυτοτόμος i. e. Sutoris: quae coniectura tamen fortasse videbitur audacior. Stau. Bosii, quem conferes, suspicio: non tam genere, quam virtute, non tam magnitudine rerum gestarum, quam discipl. mil. nobil. est, est quidem ingeniosa; sed paullo audacior: Praeclara tamen strategemata Iphricratis, docente iam Longolio, refert laudatque Fron tin. Strategem. I. 4. n. 7. l. 5. n. 24. c. 6. n. 3. libr. II. c. 1. n. 5 et 6. c. 5. n. 42. c. 12. n. 4. adde Polyaen. III. §. 52. 53.